

Stoicos, introducentes duo principia æternna, vñ vñ οὐδὲν ἀλλα. 3. Manichæos, qui fingebat duos creatores contrarios, unum boni, alterum mali. 4. Arianaorūm blasphemias: patrem ut verum Deum opus creationis indignum reputasse suā excellentiā, ideoq; filio illud commisisse, ut minori. 5. Valentini & Basilidis dogma: nimirum duas personas Trinitatis ex communi materia genitas esse. 6. Deniq; Aristotelem, qui putat mundum non cœpisse, sed æternum fuisse. Nullum, inquit, creatum æternum.

7. Cùm dicuntur omnia facta ex nihilo: non significatur materia ex quā: sed notatur terminus à quo: *quia cum res non essent, Deus dicente esse cœperunt.*

8. Neque verò creatio sic intelligi deberet, quasi Deus discesserit à suo opificio, sicut faber à domo facta: quin potius perpetuò adest, gubernat & conservat naturas à se conditas, *Act 17. v. 24 & seqq.* idque liberissime, non alligatus causis secundis: quas pro sua liberrima voluntate potest mutare, promovere, impedire.

9. Facta est creatio non uno momento, sed distinctis sex diebus, *Genes. 1. v. ult. cap. 2. vers. 2.*

10. *Primo die cœlum, terra, abyssus & lux, immediate ex nihilo creata sunt.* Vbi nomine cœli & terræ intelligimus rudem materiam

riam